

Dispp. Thh. Vol. 1.



Oelth 61 Q (1-34)

2
3
4
5
6
7
8
R



SPECIMEN
INFORMATIONIS BIBLICÆ,

Quomodo

Ex Hymnis sacris tenera puerorū ætas divinæ

Scripturæ succo Publicè privatimq; imbui
possit, ut Adolescentes & Viri facti eundem
pietatis & fidei odorem adhuc servant.

In Publico Gymnasii Auditorio, Horis à pri-
mà pomeridianis die 17. Januarii
edendum

Præstantissimo atq; Doctissimo
DN. HENRICO MILICHIO,
Gymnasii in Classe Tertiâ Collegâ
maximè industrio,

Qui
DE OFFICIO MAGISTRATUS
& SUBDITORUM

Nonnullos Trium Inferiorum Classium disci-
pulos ex Scripturæ dictis, hymnis insertis,
examinabit;
& Ornatissimo

HENRICO HOLWELIO, Dantiscano,
Classis primæ Auditore non indocto, qui de eodem
argumento sacro *Orationem Germanicam* habebit.

Ad quod visendum

Bonarum Literarum & veræ pietatis
Magnificos Dnn. PATRONOS, Nobilissimos Promotores,
& Excell. ac Clarissimos Fautores & Amatores eâ,
quâ par est, animi observantiâ invitat

D. JOHANNES MAUKISCH, SS. Theol.

Prof. Publ. Gymn. Gedanensis Rector, &
ad S. S. Trinitatis Pastor.

Imprimebat DAVID FRIDERICUS RHETIUS.



Quod de Poëtis, priscae sapientiae Magistris, *Venusinus* anit
Poëta lib. de Arte Poëtica:

*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterq; monendo,
Hic meret æra liber Sosis, hic & mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat ævum.*

Hoc non invitâ, quod ajunt, Minervâ ad omnem informatio-
nem traduxero Scholasticam, quæ tum demum omnium puncta
meretur, si saluberrima, licet delicatulis asperrima, vitæ & disci-
plinæ præcepta gratâ condiat amœnitate, & aurium rædium
mirificâ rerum fallat varietate. Peritis sanè Medicis volupe est
fraude satis laudabili ægrotorum decipere palatum, & pharma-
ca pueris ingerenda melle & saccharo tegere, quo sic ætas te-
nella potu medicante abhorrens, elusa, corpori suo medicinam
fieri permittat. Quidni animorum Medici jucunditati in infor-
matione studeant, & variis oblectationibus mentem perfun-
dant, quæ doctrinæ divinæ & humanæ capax ad optimam animæ
sanitatem feratur? Præsertim cùm Adolescentulus eidem Poëtæ

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

Et hanc ob causam Veterum prudentia ea, quæ civium animis
voluit inculcata, numeris & fabulis inclusit eruditis, ut *Mytho-
logia* reconditam artis scientiam, animamq; quasi poëleos con-
tineat, ac sine eâ percognitâ, venustissima poëmata non multum
à fabulis distent anilibus. Petamus exemplum ab eodem *Artis
Poëtica conditore*, qui fabulam de *Orpheo* tigres & feras bestias, ac
de *Amphione* saxa movente, his eruditis exposuit versibus:

*Sylvestres homines sacer, interpretesq; Deorum
Cadibus & victu fædo deterruit Orpheus:
Dicitus ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones;
Dicitus & Amphion Thebanæ conditor arcis*

Sana



*Saxa movere sono testudinis, & prece blandā
Ducere quò vellet; fuit hæc sapientia quondam
Publica privatis secernere, sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno.*

Et propter nonnulli vel hodie in hanc propendent sententiam, juventutis memoriam, ceu testam recentem hujusmodi fabulis imbuendam, ut quàm optima vitæ præcepta iis immersa cupidius imbibat & conservet. Et sanè posses illis premere pollicem, nisi te hoc Senecæ retraxerit, qui venustissimam Chryssippi fabulam de pulcherrimo beneficiorum certamine hoc modo reprehendit lib. I. Benef. c. 4. *Ad hanc honestissimā contentionē beneficium beneficia vincendi, sic nos adhortatur Chryssippus, ut dicat verè dū esse, quia Charites lovis filia sunt, parū se grate gerere, sacrilegium sit, & tam bellis puellis fiat injuria. Tu me aliquid verum doce, per qua beneficentior, gratiorq; adversus bene merentes fiam, per qua obligantium, obligatorumq; animi certent, ut qui præstiterint, obliviscantur, pertinax sui memoria debentium. Ista vero ineptia Poëtis relinquuntur: quibus aures oblectare propositum est & dulcem fabulam necitare. At qui ingenia sanare, & fidem in rebus humanis retinere, memoriam officiorum ingerere animis volunt, serio loquantur, & magnis viribus agant: nisi fortè existimas levè ac fabuloso sermone, & anilibus argumentis prohiberi posse rem perniciosissimam, beneficiorum novas tabulas. In aliis equidem fabulis ingeniosis locum relinquere possumus aliquem, quum ipse Megalander Lutherus nonnullas fabulas Æsopicas nervosâ præfatione donarit & exornarit Tom V. Jenensip. 286. hæc addens elegantissima: Doch mögen die/so den Æsopum zum Meister ertichtet haben/und sein Leben dermosen gestellt/vielleicht Ursach genug gehabt haben/nemlich/das sie als die weisen Leute/solch Buch/umb gemeines Nuzes Willen/gerne hetten jederman gemein gemacht. Denn wir sehen/das die jungen*



jungen Kinder/ und jungen Leute/ mit Sabeln und Wärlin leiche-
 lich bewegt) und also mit Lust und Liebe zur Kunst und Weisheit
 geführt werden/ welche Lust und Liebe desto grösser wird/ wenn ein
 Esopus / oder dergleichen Larva oder Fastnacht Puz für gestellt
 wird/ der solche Kunst ausrede oder fürbringe / daß sie desto mehr
 drauff mercken / und gleich mit Lachen annehmen und behalten.
 Nicht allein aber die Kinder/ sondern auch die grossen Fürsten und
 Herren/ kan man nicht daß betriegen zur Wahrheit/ und zu ihrem
 Nutz/ denn daß man ihnen lasse die Narren die Wahrheit sagen/ dies
 selbigen können sie leiden und hören/ sonst wollen oder können sie/
 von keinem Weisen die Wahrheit leidē/ ja alle Welt hasset die War-
 heit/ wen sie einen trifft. Ad res sacras vero & fidei ubi perva-
 tum est, iisdem prorsus abstinendum est, ex præcepto Pauli san-
 ctissimo i Tim. IV. 7 τὰς βεβήλας καὶ γραῶδεις μύθους παραιτῶ.
 γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς τὴν ὀβριαν. D. L. der UnGeistlichen und
 Altbüttelischen Sabeln entschlage dich/übe dich selbst aber an der
 Gottseligkeit. Uti & Morum Magister optimus Siracides hoc
 aureum apposuit c. XXXIV, 8. Ἄνευ ψεύδους οὐτε λειοθήσεται νόμος,
 καὶ σοφία σώματι πιστῶ τελείωσις: Vulg. Sine mendacio consumma-
 bitur verbum legis. & sapientia in ore fidelis complanabitur. D. L.
 Man darff keiner Lügen dazu/ daß man daß Gebot halte / und
 man hat gnug am Wort Gottes/ wenn man recht lehren wil. Hac
 igitur quàm non succedat viâ, alia tentanda fuit, quæ etiam
 cessit quàm felicissimè. Hoc laudis, pio & Christiano Magistra-
 tu dignissimæ, Magnificis tribuo Dominis Scholarchis,
 quod hoc tempore bellis asperrimo non solū armis pro patriâ
 decorè gerendis operam impenderint sedulam, sed etiam cu-
 ras cum Umbrâ diviserint Scholasticâ, & ad literarum bonarum
 incrementum precum etiam devotionem in Gymnasii singulis
 diebus continuandam adjunxerint. Idcirco non nulla Cantica
 sacra scopo huic inservientia à me composita, & à Præstantissi-

me

✠



mo Dn. Thomâ Strutio, Organico Gymnafii & Templi ad S.S.
Trinitatis peritiffimo, in notas redacta fuerunt Muficas, quæ
tantâ aviditate & didicit, & cantillavit noſtra pueritia, ut non
pauci inferiorum Clafium difcipuli tempus lectionis publicæ
præoccupantes, horâ matutinâ sextâ cantiones matutinas, ve-
ſperinas & bellicas præcinerint. Hunc Juventutis ardorem
conſpicatus, Magnifico ac Generofo Dn. Proto-Scho-
larchæ & Seniori Præconſuli Dn. Adriano à Linden &c.
Conſilium de hymnologîâ ſacrâ propoſui, qui ex conſenſu cæte-
rorum Magnificorum Dominorum Scholercharum (quorum Conju-
gibus Nobiliſſimis prima quoq; pars illius Hymnologiz fuit in-
ſcripta) ad hunc laborem ſacrum, me jam currentem incitavit.
Tela incepta inter *πράξασις* absoluta fuit, ut ne uni lectioni
publicæ meas ſubtraxerim operas, ipſumq; templum voce pu-
erorum concinentium refertum ſucceſſum teſtari poſſit ſpera-
tum. In hoc Canticorum uſu illud cum primis intendo, ut ju-
ventus in dictis Scriptura, iisq; ſolidè ſuperſtructis fidei Articulis
tùm ad hanc, tum ad alteram nullâ ſeculorum myriade termi-
nandam vitam ac beatitudinem ſanctè educetur, mihiq; coram
tribunali Jeſu Chriſti de hac piâ puerorum in nomine Chriſti
ſuſceptione fidei teſtimonium reddatur. Idcirco argenti fru-
ctum ab exemplorum venditione & Dedicacione expectandum pau-
perculis etiam deſtinavi; ſpe firmâ fretus, fore, ut ſi non hac
temporum difficultate, (in quâ tamen ipſa multorum quoq;
civium integerrimorum liberalitatem erga tenues Muſarum
Alumnos deprædico,) lætiore certè Gedani facie numerus Alu-
norum pauperum Gymnafii Convictorio publico, cibus optimè ſa-
lubribus inſtructo, ex multorum benificentia poſſit augeri. Gra-
tulandum ſanè eſt noſtro Gedano, quod hac bellicâ tempe-
ſtate, & præcedente peſtis periculo Gymnaſium nunquam clau-
ſum, vel convictorium publicum contractum fuerit, ſed exer-
citiâ



cicia tum *Oratoria*, tum *Disputatoria*, peregrinis etiam per bellicos tumultus nostro exitu retractis, per indigenas, ac cum aliis, præcipue etiam per *publici Convictorii alumnos* habita floruerint & viguerint. Id quod ut divinum interpreter beneficium, præ aliis Civitatibus Gedano ex Dei clementiâ singulare, me Divi Lutheri monet Autoritas, qui hoc divinæ beneficentiæ genus in suo Serenissimo Electore Saxonix Johanne &c. &c. hisce verbis miratur Tom. V. Jenensi German. p. 31. *Ubers daß/ so erzeitigt sich der Barmhertzige Gott noch gnädiger/ daß er sein Wort so mächtig und fruchtbar in E. E. F. B. Lande macht: Denn freylich E. E. F. B. Lande die allerbesten und meisten Pfarr Herrn und Prediger haben/ als sonst kein Land in aller Welt/ die so trewlich und rein lehren/ und so schönen Fried helfen halten. Es wächst thund daher die zarte Jugend von Knäblin un Mägdlin/ mit dem Catechismo und Schrifft/ so wol zugericht/ daß mirs in meinem Herzen sanfft thut/ daß ich sehen mag/ wie lege junge Knäblin und Mägdlin mehr lernen/ gläuben und reden können von Gott/ von Christo/ denn zuvor hin/ und noch alle Stifter/ Klöster und Schulen gekönd haben/ und noch können. Es ist fürwar solches junges Volck/ in E. E. F. B. Lande ein schönes Paradis/ deßgleichen auch in der Welt nicht ist. Und solches alles bauet Gott in E. E. F. B. Schoß/ zum Warzeichen/ daß er E. E. F. B. gnädig und günstig ist. Als solte er sagen/ wolan lieber Herzog Johans/ da befehle ich dir meinen Edelsten Schatz mein lustiges Paradis/ du solt Vater über sie seyn. Denn unter deinem Schutz und Regiment wil ich sie haben/ und dir die Ehre thun/ daß du mein Gärtner und Pfleger seyn solt. Solches ist je gewislich war/ denn Gott der Herr/ der E. E. F. B. zu dieses Landes Vater und Helfer gesetzt hat/ der nehret sie alle durch E. E. F. B. Ampe und Dienst/ und müssen alle E. E. F. B. Brod essen. Daß ist doch nicht anders/ denn als were **GOTT** selbst E. E. F. B. täglicher*

täglicher Gast und Mündlin/ well sein Wort/ und seine Kin-
der/so sein Wort haben/ E. C. J. G. tägliche Gast und Mündlin
sind. Et eadem Epistola p. 32. sic pia Juventutis pro Electro-
re Serenissimo intercessionem commendat: Zu legt haben nu
E. C. J. G. auch zubor daß trewe Herzliche Gebet / bey allen
Christen/sonderlich in E. C. J. G. Landen/ und wir wissen daß
unser Gebet recht ist/ und die Sache gut/ darumb wir auch gewiß
sind/ daß es angenehm und erhöret wird. O das junge Volck
wirds thun/ daß mit seinem unschuldigen Zünglein so herzlich gen
Himmel rufft/und schreyet/ und E. C. J. G. als thren lieben Vaa-
ter so trewlich dem Barmherzigen Gott befehlet. Dage-
gen wissen wir ja/ daß jenes Theil böse Sache hat / können
auch nicht beten / sondern gehen mit klugen Anschlägen umb/
setzens alles auff ihre Witz und Macht / wie man für Augen
siehet. Da stehet es denn auff dem rechten Sande. Hoc
applicemus & nostræ Juventutis precibus pro salute Sere-
nissimi ac Potentissimi Regis Poloniæ & Sveciæ &c. &c. &c. fu-
sis. Siquidem illa ipsa *septimana*, die Mercurii, quo spatio
abhinc annuo piarum precum officium institutum fuerat, suum
Regem Augustissimum, Patriæ Patrem charissimum
nostra Civitas ulnis obviis fuit amplexa. Et hic ipse dies *XVII.*
Januarii, ut ex *Magnifici Dn. Protoscholarchæ* relatione, hæc e-
tiam non cogitans, accepi, Coronationi REGIS NOSTRI
AUGUSTISSIMI Anno 1649. fuit sacer. Hinc lætiore
& majore numero preces nostras cum juventutis suspiriis pro
felicissimo REGIS CLEMENTISSIMI regimine con-
cludamus, nostrumq; omnium, quod Nobilissimi Dn. Proto-
Scholarchæ fuit, sit hoc votum. CeDat MILES è BorVssla.
Ut vero & ipse huic festivitati meum Symbolum, & animi Sere-
nissimo & Potentissimo Regi subjectissimi tesseram adjiciam,
sequentia disticha in Mnemosynes fano suspendam:

Luciferus

*Luciferus cyclos absolvit Cynthius octo,
 Quæis nova posteritas multa notata leget.
 Calibus involvit Divina potentia miris
 Hoc CASIMIRI, quod geritur, Regimen.
 Numen inest cœlis, oculo quod vindice terræ
 Peccata invisit, terrificâq; manu.
 ILLUSTRES PROCERES, si sceptrum cura tuendi
 Est, rigidis armis jungite vota pia.
 Lux Evangelij crescat! Themis aurea regnet!
 Ac humili fastum poplite cuncta premant!
 En REX IPSE Throno surgens, sua pectora duræ
 Sternit humo, Regno mollia fata precans.
 Dantiscum Domino, cur non victricia danti
 Arma, tuum flectas, corde gemente, genu?
 Sublatis manibus, parvus procumbit humi grex
 Pectora cur sua non tundat uterq; parens?
 Alme Pater, miseræ condona crimina Turbæ,
 Quam Suboles lavit sancta cruore suo.
 Non aliud NOMEN scimus, nisi NOMEN JESU,
 Quod salvet, pacem quodq; parare queat.
 Nitimur hoc: toti cœlestem reddidit Orbi
 Pacem, terrestrem non negitare potest.
 Hic quoq; mirificè duxit per tanta pericla
 SARMATICUM REGEM, Sceptraq; firma
 dedit.
 Hunc vitâ servet, donec sol lucidus aquet
 Emensos orbis, Cynthia pulehra, Tuos.*

Operas



Operas vero in hoc Actu sic distribuam, ut Præstantissimus & Doctissimus Dn. Milichius Classis tertiæ in Gymnasio Collega maximè industrius nonnullos trium Inferiorum Classium discipulos de Magistratus & subditorum officiis à puero discendis ex hymnis examinet publicè, quo methodi hujus sperata facilitas & jucunda utilitas Magnificorum Dominorum Patronorum oculis illucescat. Hoc ad umbilicum perducto, consurget primæ Classis Auditor, Ornatissimus Henricus Hollwelius de eodem argumento sacro ex dicto Matth. XXII. 21 Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris. Orationem Germanicam, ut binas olim Latinas, *de Nativitate Christi videlicet, & Effusione Spiritus sancti*, recitabit, suo docturus Exemplo, quomodo *Hymnorum usus* in superioribus etiam *Classibus* fructum ingentem parere, verbaque Dei sanctissima Juventutis oculis & auribus possitingere, planè ad mentem ipsius Dei, qui hoc, ut à vita, sic doctrinæ etiam parentibus exegit Deut. 6, 7. de quibus scholion Magni Lutheri magno spiritu additum consules. Et hunc *Pietatis actum* piis omnibus facile probatum iri, toti confidimus. Quum enim nostra in Theologicis Scientia *Grammatica* magnis audiat Theologis, divinæque Doctrinæ fundamentum hoc sit solidissimum *ularis Scripturae verbis insistere*. Horum certe *sensus Grammaticus* Naturalis Constructionis Analyti, pueris omnibus in Gymnasio nostro notissima, commodissimè potest erui. Et sic usus primi libelli pro Juventute conscripti *Gemeiner Nachricht/wie man die Kinder im Catechismo ausfragen kan* &c. novis efflorescet exemplis. Et sanè adhuc memoriter memini, quæ gratus ille liber Scholasticus *Magnifico & Generoso Dn. Nathanaeli Schmieden* / &c. olim *Scholarche* meritissimo, jam Præsidi eminentissimo fuerit, qui (quod viri pii & prudentis est,) ut è nuce corylū & è glande quercū ardua, sic è divino verbi semine bonæ terræ commisso fructum multiplicem colligebat.

B

ligebat.



ligebat: Horum fructum si *Magnus bonarum literarum Patronus* jam cernat uberiolem, spem suam de Juventutis in pietate incremento non frustratam fuisse intelliget. Tandem precibus *ad diem Mercurij* publicis à Magnifico Scholarchali Collegio institutis, juvenus nostra genib⁹ procumbens, à Patre misericordix & gratix efflagitabit, ut qui ad doctrinam Evangelij nuperrimi Joh: 2. *aquas tristitia in vinum mutavit laticia, tempora bellicosa in pacifica convertat, ac Serenissimum & Potentissimum Regem Poloniae & Sueciae, &c. &c. &c.* cum Conjuge Serenissimâ, omnibusq; Illustribus Regni Proceribus & incolis novâ pacis voluptate afficiat, ut ex eâ divinâ Domini nostri Jesu Christi, qui est Princeps Pacis constantissimus, gloria per totum regnum omnesque provincias effulgeat. *Magnificos verò bonarum literarum & vere pietatis Patronos, Nobilissimos Promotores, Excellentissimos & Clarissimos Fautores ac Amatores, Dominos meos honoratissimos* eâ, quâ par est, animi observantiâ summoperè rogitò, ut negotiis gravioribus, si cum Reipublicæ salute fieri possit, ad exiguum temporis articulum suspensis, sua præsentia honorifica nostrum Actum condecorent, DEO Servatori pro piis hujusmodi exercitiis in mediis bellorum undis conservatis gratias decentes persolvant, ac sua quoque devotione Juventutem nostram ad precum officium ardenti corde peragendum extimulent. Id quod Deo honori, Patriæ commodis, & Juventuti Scholasticæ in pietate cedit incremento. Meam verò *Juventutem florentissimam*, quæ hætenus & pietate in moribus, & scientiâ in literis profecit egregiè publicisq; exercitiis suam prodidit diligentiam, (fucos verò Apibus quandoq; immixtos nostris arceri Alveolis cupimus) paterne moneo, ut partium suarû memor. huic etiam Actui solenniori animo non nisi Studiosis digno, hoc est, pio & modesto intersit, suoq; ore balbutientis pueritix juvet pietatem.

P. P. Dominicâ II. Epiphanorum die 14. Januarii

Anni 1657.



Ad spatium chartæ supplendum
hoc pium juxta ac Eruditum Epigramma, quod
Tempori & Scopo precum publicarum conveniens
Metamorphosin divinam commendat, ab ho-
noratâ & amicâ Manu transmis-
sum adjeci.



*Æpè mihi dubiam traxit sententia mentem,
Anxia venturi mens mihi semper erat.*

*Quis tandem finis belli, quæ meta malorum
Expectanda bonis, quæ facienda forent?*

*Ingressus templum, meditans oracula Jovæ
Sancta, hæc responsum tale dedere mihi.*

*Flecte genu gens prava, Deo, peccata relinque,
Fac benè, fidenti pectore funde preces.*

*Et dic, nos justam Domini portabimus iram,
Justus enim Dominus, Justa q; judicia.*

*O Deus affer opem, ne nos laniemur ab hoste,
Sanguineus Miseram ne Leo frangat ovem.*

*In Domino Mens fixa siet, fremat orbis Orcus,
Fidentes nescit deseruisse Deus.*

*Qui lucem ex tenebris novit producere, & Undam
In vinum potuit vertere, Christus adest.*

Respon-



RESPONSIO
In ultimis Epigrammatis verbis reperta corde
Christo fidenti reddita.

CHRISTUS ADEST, immota manet tua Petra salutis,
Hâc innixa nequit Mens titubare pia.

CHRISTUS ADEST, Pacis Princeps, quo Meta Malorum
Exoptata venit, Pacis & alma quies.

CHRISTUS ADEST, Sanctis sancto de Monte Sionis
Responsans; *fortis sum Deus; Esto meus!*


CHRISTUS ADEST, peccata regens, in nomine Jesu
Flecte genu, sceleris poena remissa Tibi.

CHRISTUS ADEST, Agnusq; Dei tua crimina portat,
Verus ut est Medicus, Gratia vera manet.

CHRISTUS ADEST, promittit *opem*, qui sanguine fuso
Emit *ovem*, nictu surripit ossa truci:

CHRISTUS ADEST, in hunc rectè spem figis opimam,
Lusus erit frendens orbis, & oreus atrox.

CHRISTUS ADEST, saxo producens flumina; *Saxum*
Vina Tibi fundet dulcia: CHRISTUS ADEST.




617.

di

m-

22.





SPECIMEN
INFORMATIONIS BIBLICÆ,

Quomodo

Ex Hymnis sacris tenera puerorū ætas divinæ

Scripturæ succo Publicè privatimq; imbui
possit, ut Adolescentes & Viri facti eundem
pietatis & fidei odorem adhuc servant.

In Publico Gymnasii Auditorio, Horis à pri-
mà pomeridianis die 17. Januarii
edendum

à
Præstantissimo atq; Doctissimo
DN. HENRICO MILICHIO,
Gymnasii in Classe Tertiâ Collegâ
maximè industrio,



Imprimebat DAVID FRIDERICUS RHETIUS.

